



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Temperantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A pfitacorum, & phoenicopterum, & aliarum pictarum avium plumulis intextuntur, opere tam venuste variato, ut nihil delectabilius possit oculis offerri. Nam quod superius dicebamus, hanc pro fortitudine poni, cinctus ipse apud Romanos frenuum significat, uti discinctus imbellem, & ignavum, ac nihili hominem notat. Tertulliano zona torquentum est. Hilario, efficax in omne opus bonum apparatus, ut ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo simus accincti.

VINCULA JUGALIA. CAP. XLVI.

Iugalia vero vincula quæ sint, apud Poetas omnes vulgata sunt, Nova sane nupta cingulo præcincta nubentibus in lecto solvebat. Unde Homerus, *ἄσασα ἢ παρθέλιω ζώνω*. E apud Ovidium:

Castaque fallaci & zona recincta manu.

Eoque spectat Catullianum illud,
Qui zonam solvit disu ligatam,

Solvete virginalem zonam.

B Indicabat vero hieroglyphicum hoc, ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se est, sic vir suis secum cinctus junctusque esset. Cingulumque hoc Herculeo nodo vinctum, vir omnis gratia solvebat, ut sic & ipse in liberis suscipiendis felix esset, quemadmodum Hercules fuit, qui liberos septuaginta reliquisse fertur.

PUERPERIUM. CAP. XLVII.

Quin etiam zonæ solutio puerperii fuit hieroglyphicum: olim siquidem *Solvere zonam* dicebantur, quæ primo pariebant, eaque de causa levatæ partu mulieres, zonam Dianæ dicabant. Unde sanum Solvizonæ Dianæ Athenis fuit, de quo apud Apollonium Argonauticis.

TEMPERANTIA. CAP. XLVIII.

Habent & Divinæ literæ hieroglyphicum quod per zonam cingulumve significant, præcipue vero temperantiam & moderationem, qua fluxæ animorum cupiditates coercerentur, luxuriantia compefcuntur, & modus denique imponitur rebus, ut quinto supra quadragesimum Psalmo legas, *Regis filiam in cingulis aureis conspiciam*, quod alii in fimbriis transtulere. Apostolus tamen præcincti circa lumbos zonis aureis dixit, quod pro cordis munditia nonnulli interpretantur, alii vestem auro contextam simpliciter accepere. Verum Euthymius zonam agnoscit, & pro temperantia atque modestia, quæ concupiscibilem animæ partem coercet, interpretatur: non hoc diciturus, si vestem simpliciter agnovisset, Quamquam & fimbriarum non respuit ornatum, & virtutum inde multipliciter non averfatur.

Zona in Divinis significatio.

In Apocal.

DE PERA. CAP. XLIX.

Posita zona, visum est *κατὰ πένεργον* & Peram apponere: nam & zona ipsa sæpe pera est: ut apud Horatium:

Ibi eò quò vis qui zonam perdidit.

Horat. in epistola.

Hæc tam apud Græcos quam apud Hebræos hieroglyphicum habet id, quod pro cura & sollicitudine vicus accipitur, unde Theologi transferunt ad impedimenta humanæ vitæ, quæ animum alioqui paratum ad disciplinas inturbant. Græci super hoc dicunt, *Diogenes cui pera penus*, cui scilicet minima harum rerum cura. Evangelium quoque, *Nam peram in via*, cum nec quidem sollicitos, esse de crastino imperaverit Dominus. Eodem facit & sacculus, quem habere non licet, hoc est, in hac peregrinatione minime thesaurizandum esse. Quod ibi apertius: *Facite vobis sacculos qui non veterescent*.

Hinc vnteg τὸ πνευμ.

egv Peggv.

ultra peram sacculum.

peræ & esse sollicitum.

Lucianus in Timone.

HIEREMIÆ CINGULUM. CAP. L.

Ejusmodi est & cinguli significatum, quod ex lino factum, eoque cingere se jussus est Hieremias. Quod quidem ut manifestius intelligatur, exigit locus, ut de lino quædam altius repetamus. Lini & balastrum enim ex terra nascitur, satumque prius in gramin pullulat, mox ut flore lascivierit, vel litur, aqua immerfum maceratur, exficcatum mox trahitur, & quoquo versum perdomatur, inde

Lini & balastrum comparatio.

peccatur,